

a / w.

Bene ominata Verba,
quibus

NUPTIAS

Viri Clarissimi atq; Eruditissimi

DNI. M. FRIDERICI VICCII,

THEOL. CANDIDATI

cum

Selectissimarum Virtutum Eximia

Virgine

MARIA,

Viri Reverendi, Clarissimiq;

DNI. COELESTINI SCHROEERI,

ad D. SALVATORIS Ecclesiastæ meritisimi,

& Gymnasii Elisabethani COLLEGÆ primarii,

FILIA dilectissimâ,

ad D. IV. Nov. Anni Christiani clo. lsc. LIX.

feliciter celebrandas,

pio Votorum affectu

prosequuntur

FAUTORES atq; AMICI.


VRATISLAVIÆ,

Typis Baumannianis, exscripsit GOTTFRIDUS GRÜNDER.



1018396

1018396



FRIEDENRICUS VICCIUS,

Anagramm.

Ecce, Vir Fidus in Curis.



*Conjugium plenum curarum est. Ergo Maritos
Sancta decetq̄ Fides, chara juvatq̄ Fides.*

Vir Fidus FRIEDENRICUS cum VICCIUS,

In curis, habeat nomen ut omen, erit.


(Ecce

Conjugium vestrum felix sit, terq̄ beatum!

Quod juvat alma fides, hoc beet ipse DEUS.

David Reufelius

Pastor in Ransern.



Fridericus Viccius.

Anagr.

Succurris Fide civi.

Succurris Scholico Civicum Fruge, Fideq̄;
Fructus hinc multos sentiet usq̄ Chorus.

Succurris Civi sociali in Amore, Fideq;

Fructus hinc multos sentiet usq; Thorus.

Ista Fides sit fausta, Fides sit & altera fausta,

Crescat ut inde Chorus, crescat ut inde Thorus.

M. Fridericus Viccius. Paragr. 1600.

Utilis ad omnia Pietas. 1600.

Utilis est Pietas terrestris ad omnia Vitæ
Celestisq; Piis, utilis est Pietas.

Hinc pia Costa pio Tibi Numine cedit ab almo

Quâ cum tu poteris vivere Mente piâ.

Vivite pacatam Vitam, simul atq; beatam,

Et Vos post Vitam hanc altera suscipiat.

Premia multa dabit Pietas super orbem & axe,

Premia multa Soli, Premia multa Poli.

Fridericus Viccius 1522.

Aönii Gloria prima Gregis. 1522.

Fridricus, patrii palmaria Fama Lycæi,

Viccius Aönii Gloria prima Gregis,

Legitimo sociam Thalami sibi fædere jungit,

Functio sit felix ista, perennet Amor.

Non

*Non malè cedat opus, Thalamum Lux alma serenet,
Proficuisq; Bonis ornet Iöva Torum,
Sicerit ex omni Torus undiq; parte beatus,
Cum Sponsa Sponso sic benè semper erit.*

M. Fridericus Viccius.	1600.
Fidei Concordia nutrix.	1600.
Fridericus Viccius.	1522.
Non sit amaror Amor.	1522.

V *Invite concordēs, Fidei Concordia Nu-
trix;
Non sit amaror Amor; sed sobolescat Amor!*

Fridericus Maria.	1107.
Profint Tædæ.	1107.
Vitæ Vita.	1107.

O *Profint Tædæ! Tædas non tædia turbent;
Sit, voveo, Vitæ Vita jugalis Amor!*

In wolgepaartes Paar / durch heisse Liebes-Flammen /
 Des Ehestands Stifter vnd Erhalter / fügt zusammen ;
 Derselbe segne nu diß wolgepaarte Paar /
 Und lasse sehen sie der Liebe-Frucht zu Jahr,

Invitis Musis sic yovet
 intimitus

Casparus Hofmanus
 Elys. J. UC. & P. L. C. Ra-
 vit I Polon. p. t. Actuarius.



Magister Fridericus Viccius.

καὶ Ἀνάγκη,

CIVIS FACTUS, REM DIRIGE
 CURIS.

Curis ac usu, Vicci Fridrice Magister,
 Munera consuesti multa parare Tibi.
 Te postquam Musæ vix expolière, parasti
 Palladis ac Phæbi Præmia clara Tibi.

Furag³ tum Patriæ; post Conrektoris Honores:
 Teq³ Puella colit pulchra, pudica, pia.

Sic Sophiæ Doctor: sic CIVIS FACTUS es, atq³
 Conrektor: lepidus moxq³ Maritus eris.

Primum

Primum nunc CURIS REM DIRIGE ritè Mi-
Commisamq; Scholam voce sagace doce. (nervæ,
Postq; tuæ Sponsæ REM CVRIS DIRIGE (magnus
Hic Tibi curarum fluctuat Oceanus)

Curis ast curas curtabis planius omnes,
Rem modò si Sponsæ dirigis asidue.
His curis cura: procedit res bene, cura
Si tua sit Sponsæ Rem bene dirigere.

Breslæsis Patriæ, cunctis sic Civibus, atq;
Musis, & Sponsæ vivere dignus eris.

Boni ominus ergò ludere
sic placuit

Johann Jacobo Mœschelio,
Schwabachio-Franco J. V. Candid,

Ad Reverendum Clarissimum atq; Doctissimum Virum,
Dominum Cœlestinum Schröerum,
Amicum & Collegam suum optimum.

Cit. Sto-
schoz ferm.
68.
QUondam Democrito docente, nactus
Si quisquam est GENERUM BONUM, PRO-
Invenit sibi FILIUM is, senectæ (BUMq;
Lenimen: sed ubi MALUM, IMPROBUMq;
Ipsam perdidit is profectò GNATAM.

Cum

Cum tibi ergò , colende Fautor atq;
Collega, obtigerit **BONUS PROBUSq;** ,
Quinimò **STUDIIS IN OMNIBUS QUI**
CLARUM NOMEN HABET, GENER, tuam TU
FILIAM minimè malè elocasti
Nubilem, penitusve **PERDIDISTI:**
Sed certè tibi **FILIUM** parasti,
Curarum & Senii levamen olim,
Perfirmamq; domûs tuæ **Columnnam**
Post Mortem. Hunc tibi gratulor, precorq;
Numen, servet utrumq; **FILIUM** atq;
FILIAM incolumes superstitesq;
Annos in Pylios; Tibi & videre
Ex illis liceat **PIOS NEPOTES.**

*Ut animitus vorans, ita
indubiè sperans*

scripsit

M. Johan. Balthasar Rarg
Cantor & Collega Templi
Gymnasiq; Elifabetani.

